UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesius

Sammieli, 1613

Qvid Ieiunium & quotuplex Cap. 1.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

Visual Library

LIBER SEXTVS.

De quinque Eccleſiæ Præceptis in ſpeciali.

Quid Ieiunium, & quotuplex. Cap. I.

IEiunium eſt abſtinẽtia ab his, quæ guſtu percipiuntur, & hæc ſunt tria, cibus, potus, & medicina. Ieiuniũ triplex, naturale, ec-

cleſiaſticum, & ſpirituale. Ieiuniũ naturale eſt cũ quis a media nocte, vſque ad dimidium diei artificialis, nihil omnino deglutiuit, & hoc ieiunium neceſſarium eſt ante ſacram communionem, & miſſæ celebrationem, Ieiunium Eccleſiaſticum eſt * abſtinentia à cibo, iuxta Eccleſiæ ritum. quod quidẽ non frangitur qualibet parua re, vt naturale, nec potu ante prandiũ, aut poſt, etiam ſi vinum fuerit, ſecus tamen de lacte, & aliis id genus, quæ licet potari poſſint, communiter in cibos computantur, neque per medicinalia, aut per modum medicinæ ſumpta, aut propter infirmitatem, etiamſi verè nutriant, neque etiamſi quid modicum ſumatur ante potum, ne noceat, vel ad prægustãdos cibos. Ieiunium ſpirituale animæ eſt abſtinere à malis cogitationibus.